

Regest: Horn, Handbibliothek VIII, S. 856 — Beyer, Altzelle, S. 535, Nr. 70 — Mansberg, Erbarmanschaft I, S. 438 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 403, Nr. 2252 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 107, Nr. 320.

Vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 126.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ECKEHARDUS DEI GRATIA MERSBURGENSIS ECCLESIE EPISCOPUS UNIVERSIS PRESENTEM PAGINAM INSPECTURIS IN DOMINO UNIVERSORUM SALUTEM. | Presenti ac post secuturæ hominum generationi notum esse volumus, qualiter Heinricus Misnensis et Orientalis marchio in villa quadam, que dicitur Ovsiz, | ad Cellam sancte Marie pertinente¹⁾ ecclesiam edificari atque dedicari consenserit, ita tamen, ut mansum unum sue proprietatis in villa Dalsiz ecclesie inibi constitute | pro libertanda ecclesia in Ovsiz donaverit eo, quod villa ipsa ad ecclesiam Dalsiz quandoque pertinuerit, pro qua commutatione Norpertus ecclesie nostre | canonicus a Ludegero venerabili Cellensi abbate viginti marcas argenti recepit, de quibus ipse mansum prescriptum comparavit. Hanc itaque | ecclesie in Ovsiz emancipationem et mansi emptionem, qui pro commutatione datus est ecclesie in Dalsiz, nos recognoscimus et coram nobis | rem actam fatemur et id, quod factum est, banni nostri firmiter auctoritate roboramus et, ne qua in presens vel futurum persona contra hec | venire presumat, interdicimus et id, quod factum est, sigilli nostri appositione et ydoneorum virorum testimonio communimus, quorum ista sunt nomina: | Heinricus maior prepositus, Heinricus decanus, Ernestus scolasticus, Heinricus custos, Rudolfus de Valkenhagen, Richardus | archidiaconus, Bruno, Hartmannus, Fridehelmus, Godefridus, Iohannes canonici Mersburgenses, Fridericus abbas, Hildewart prior, | Berewart cellerarius de claustro Aldenburg, laici Heinricus de Warin, Otto de Lihtenhagen, Heinricus de Vesta, Herbordus | pincerna episcopi, Werno marscalcus et alii quam plures tam clerici quam laici. Acta sunt hec in sinodo nostro²⁾ Mersburg anno ab incarnatione | domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, indictione terciadecima²⁾, undecimo kalendas ianuarii; feliciter amen.

(SP.)

84.

Papst Honorius III. beauftragt die Äbte (der Klöster) zu Altzelle und Buch sowie den Propst (des Klosters) zum hl. Kreuz (bei Meißen), die Streitsache, welche zwischen dem Meister und den Brüdern des Hospitals zu Freiberg einerseits und dem Presbyter Helwig von Erbisdorf und weiteren Presbytern aus der Diözese Meißen andererseits wegen des Begräbnisrechtes ausgebrochen ist, zu untersuchen und zu entscheiden.

1226 Dezember 15, (Rom) Lateran

83. a) *sic A.*

1) *Vgl. UB Altzelle I, Nr. 13, 14, 26 und 41.*

2) *Die Indiktion ist hier um eine Einheit zu niedrig (13 statt 14) angesetzt worden.*